9



EX S. EVANGELIO, S. PAVLO, ET SAGRA LITERA, LIBERA SVM CREATA, ET CVM HIS FILIJS, ECCLESIÆ PATRIBVS, TERRIBILIS VT CASTRORVM ACIES ORDINATA.

CANT. 6.4.

DATUR IN LITERA QUOMODO, QUANDO, ET VBI, FVIT LIBERTATIS RESERVATIO.

MAnifestum Theologicum, quod præsentatur in iudicio Rmi. P. Fr. Ildephonsi de Biezma, Ministri Generalis totius Ordinis Seraph. P. N. Francisci, Apostolici Prædicatoris, ex Consilio Apostolico, & Regio Purissimæ Conceptionis Virginis Matris, &c. Per illius humilem filium Fr. Ioannem Riquelme, ex S. Prov. Bœthica Lect. Theolog. Custodem olim, ac Diffinit. in ea; Scriptorem publicum ordinis, ac Patrem Prov. Canariæ, super materiam sequentem. Scrutatam abipso, qualificatore S. Oficii.

Practicus

Practicus stylus in iudicio est facere partem iudici manifestum suum ius, ita facio hoc manifestum vestræ Rmæ. Paternitati, in cuius iudicio possui necessitate compulsus, per appellationem, opus meum. Sc. Catena libertatis literalis, & lateralis; illa literam sacram solam totius Scripturæ, citatis, & consonis locis; hæc Patrum Ecclesiæ, & Canonicæ authoritatis comprobationem exhibens, vt caro vna masculi, & fœminæ naturam humanam partialiter rationaliter fundans, in columis à præcepto Divino agnoscatur. Quod opus vestra Rma Paternitas, vt providum caput Familiæ Seraphicæ Ordinet illud examinare; ac vt Iudex in illa supremus, perscrutetur cur hoc ipsum in mea Provincia, in iudicio, vel extra, per exclusionem, aut resolutionem consequi non potui, qua de causa appellavi de ista muta suspensione, aut cauta submersione; & in ipsa formali appellatione retuli factum contra opus dictum, instrumentis indubijs, probatum, quod patienter passus fui indefensus, ab anno 1706.

Est ergo res gesta huius originis: quod thema dicti operis est: Christum reservasse carnem Matris, suamque, ab initio, ab omni periculo labis, & hoc scripsit in suis pene omnibus literis; & quod in illis non posset abesse agnovi in Dei dictantis æqua iustitia: nam si iuste ordinavit, quod peccatum vnius, & omnium qui peccaverunt in illo, maneat revelatum, & publicum in omni Scriptura per cuncta sæcula; necessarium fuit, distributivo iure, revelare simul, in omni Scriptura iustitiam illorum, *qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ.* Rom. 5. Hic est sensus S. Augustini, in opere laterali num. 1005. & in glo. Vbi aliam solutionem præfert, & aliam literam communem S. Pauli *Sc. Regnavit mors ab Adam vsque ad Moysem* (*hoc est ad Christum*) *in eos, qui peccaverunt.* Et Sedulij ibi. n. 987. *In omnes pertransijt mors, non tamen in omnes regnavit.* Vnde in consequentia dictorum Crebro revelavit Deus, quod iustitiam naturæ multi perdiderunt vnius delicto. *Multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundavit.* Rom. ibi. Quasi diceret, multi per vnum *erraverunt ab vtero*, in quo amisserunt naturæ iustiam; in vno nihilominus hæc mansit servata à creatione in gratia vnius, & cum isto ex vtero simul orietur. Isai. 45. *Nubes pluant iustum, aperiatur*

Quoniã iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatẽ vidit vultus eius. Ps. 10. 8.

Rom. 5.

August.

Sedul.

Rom.

Isai.

tur

tur terra, & germinet salvatorem, & iustitia oriatur simul: ego Dominus creavi eum: Iustitia cum iusto genita, simul *veritas de terra orta est*: ergo iustitia fuit servata Mariæ, & Filio, &
Rom. 5. 20. orta in vtero, quæ perdita omnibus est in vtero. *Vbi abundavit delictum super abundavit gratia.* Rom. 5. 20. (Visa igitur tanta claritate Mysterij, in omni Scriptura, ab innumeris Patribus, DD. & Ecclesia cum Capite admissa, tractatum ordinavi distinctum, sed annexum, ac præambulum operi; probans, quod Mysterium Conceptionis, est iam de Fide Catholica Romana, sine diffinitione, authoritate Ecclesiæ, non discedente Capite: qui visus est gratus, & approbatus.)

Ast ad perficiendam dictam distributionem iustitiæ in opere Catenæ, desiderabam invenire scriptum, à fundatione naturæ; quomodo, quando, & vbi præservavit Deus carnem Matris, & suæ; nam sicut ex tunc totum hoc scriptum invenitur clare de illis qui peccaverunt, & quomodo, quan-
Ephes. 1. do, & vbi redimere voluit Deus, *& instaurare omnia in Christo*, Ephes. 1. Ita idē de ijs, qui non peccaverunt (vt certo scimus) certius scire oportebat fideles, cum sint illi Mater Salvatoris, & Servator ipse, quomodo, quando, & vbi eos formavit ingenuos: Attamen, licet hoc debeat credi, ita fuisse, quia
August. quod est datum, principium, modum, & situm habuit, & S. August. lib. 3. de lib. arbit. c. 5. dat hanc regulam: *Quidquid tibi vera ratione melius occurrerit, hoc scias fecisse Deum tanquam bonorum omnium conditorem.* Voluit verò Deus hoc relinquere factum, & occultum, quo ad istas circunstantias, signato libro Genesis, vbi enigmatice eas scripsit Moyses, cum alijs de Christo, quas nescierunt, & negant de Messia Hebræi, & modo Christiani multi non omnia capiunt. Ego autem credens dictum, non ideò præsumpsi illud investi-
Isai. 24. 10. gare, quod intellexi secretum Dei: dicentis *secretum meum mihi*, & iterum Isai. 24. 10. At non, quod pro semper in via secretum esse, quod scriptum credebam, reliquisse, sed signatum *Moysi librum vsque ad tempus*; vt Danielis 12. 4. *Nam quæcumque scripta sunt ad nost. doctr. scrip. sunt... vt spem habeamus* in via. Rom. 15. 4. Contigit autem mihi scrutanti, &
Rom. 15. concinanti persæpe, textus carptim, totius Bibliæ, ad implendum assumptum prædicti operis, per 28. annos in illo labo-

laboranti, quod in Adam, cuncto cum genere plasmato, & post præceptũ ligato, prospexi carnẽ novã præceptũ desciẽtẽ, quam iuxta literam possuit in eius Corpore Creator immediatè. Miratus sum, quod prius non vidi, vel audivi aliquẽ qui carnẽ in Adam immunẽ à præcepto agnovisset; præter quendam Doctorem Parisiensem Franciscanum (de quo in opere) n. 1937. apud Episcop. Guerra, qui de illa carne vice costæ posita dixit; *quod non fuit infecta, sicut ablata.* Iuvat hũc sensum Doctor illuminatus Mayrones ibi. Tribuens Christo illam carnem qui possuit illam in Adam, quod probat cum August. etiam Magist. sentent. portionem ex qua formatum est Corpus Christi; ex massæ substantia Virginis, ponit in Adam, vt naturæ primitiam immaculatam. 2.d. 20. ex quo Episcop. Guerra tulit ibi cum Galatino, & alijs, Virginem esse *primam petram, ac primum hominem secundum materiam.* Notat simul ibi cum Bernardino de Bustos, & S. Bernard. Senens. *Portionem illam Virginis ante peccatum reservatam, esse pondus, & decus Sacramentorum Ecclesiæ.* vbi S. August. Carne ista data in Adam, agnovit, quod *natura humana semper habuit cum vulnere vulneris medicinam.* Hanc autem portionem decissam seu divisam à carne Filij, nondum separatam à ventre, possuit Filius in Adam, vt compleretur natura (non vt ipse per Adam filius hominis esset, quia illius non fuit naturalis, sed Matris, solius, & media ipsa, in ipsa) possuit dico, in eo in quo non adhuc erat in plasmatione naturæ in animam viventem in qua deficiebat secundus Adam in spiritum vivificantem. Non post quinquaginta sæcula cæpit vivificare, & esse Adam, sed statim, ante formatam Evam iuxta literam fuit posita in Adam caro secundi; & Matris. Inde secundus tempore sed ordine naturæ prius, ait August. & ratio, ad quid secundus si vnus prius in natura illi, & sibi sufficeret? Esset enim in natura frustra sed *Deus, & natura nihil frustra faciunt.* Arist. 1. de Cœlo. tex. 32. Si autem fuit necessarius naturæ secundus, fuit vt perficeret illam, ideò Apostolus ait secundum, quia *non prius, quod spiritale est sed, quod animale, deinde quod spiritale*: ergo statim possuit illum Dominus, qui fecit *hominem rectum.* Eccles. 7. 30.

Guerra 1937. *Mayrones, ibi. & 1938.* *Magist. 97.* *Gurrra.* *Galatin.* *Bern. de Bust.* *S. Bern. Senens.* *S. Aug. 99.* *Aug. 134.* *Aristot.* *Apostol. Cor. 1. 15.*

Et naturam perfectam, & sicut hæc non esset perfecta, in vlla duratione non precissa ad suam integritatem, in sexu virili solo, minus in solo sexu ipso in animam viventem, animaliter tantum fundata natura carens vita spiritualiter (non individuum factum hominem à Deo, sed species) & sic statim fecit Deus hæc duo, auferens, & implens simul carnem in Adam ponens prius in instanti (sic operatur Deus) in natura Adam spiritualem vivificantem in carne Matris; & post sexum fœmineum in Evam ex quo mansit completa natura totaliter. Alias dimidiatam relinqueret naturam, ex S. Prospero apud S. August. num. 44. dicente: *Vnde sit vt totum genus humanum, quodammodo sint homines duo primus, & secundus.* Qua ergo congruentia Adamum perficientem naturam abinitio, negabitur vsque in finem temporum? Vnde spiritale stimativè prius est, & in mente factoris, qui ita fundavit, & conservat speciem in individuis, prius gignitur caro organicè, & post perficit spiritus. (At ipse Creator, vt crearetur, prius assumpsit, quod primum entitativè est, Sc. animam, & ipsa media, carnem, ex S. August. apud Magistrum.) Possitio autem illius carnis novæ post præceptum (quando illi nocere non poterat, est forma veritatis naturalis ingenuitatis *de iure naturæ, ex Scoto.*) Quia nota ex terminis, & ex fide, ex Tridentino, non potest prædicari de supposito humano, nisi Mariæ; de filio non est necesse applicatio, quia illi sufficit dici de Maria, *de qua sola sumpsit carnem ex* Damasc. non de Adam immediate; sed ex sola, non solam individuam sibi sumpsit materiam, sed vt infra, *simul habitavit in nobis. Cuius caro de vtero Virginis sumpta, sumus nos.* Ait S. Leo. Quos assumpsit in primitias naturæ, vt massa carnis nostræ extiterit in carne eius hypostaticè vnita, inquit Damascenus apud Magistrum. *Incarnatus est ergo Christus ex Virgine assumens primitias nostræ massæ* (non supponit nos vnibiles in natura personata, sed non perfecta, Sc. in massa) *vt ipsa extiterit in carne hypostasis, quæ Dei verbi hypostasis.* Ipse igitur Christus ex S. Ambros. *Omne hominum genus in substantiam suam sui potestate protraxit. Nam cum homo Dominus Iesus, vnus, & solus esset in mundo, tanquam fermentum in massa recondi-*

S. Prosp. apud August. 44.

S. August. apud Magist. 3. d. 2.

Scot.

Damasc. 116. & 469.

S. Leo. 338.

Damasc. apud 116 Magistr. 98.

Et Orig. infr. 780

S. Ambr. 781.

conditum, universos homines præstitit esse quod ipse est. Et quare dixit solus in mundo, nisi ut homo primus *sed tanquam fermentum, quod acceptum mulier abscondit,&c.* Luc. 13. Ideò alibi dixit Ambros. *Erat semper, & operabatur in utero Mariæ.* Posita denique illa carne Mariæ in Adam fuit positus in ipsa caput spirituale, & corpus Ecclesiæ, quæ in eo *est unus homo, una persona,* ex August. n. 40. 45. & unus Adam cœlestis, sicut omnes in terrestri tunc idem unus erant ex ipso Doct. 120. Unitæque sunt duæ naturæ partiales, & factus homo Animal rationale, & duo capita, & corpora, unum. De quo Origenes inquit. *Fecit servator utraque unum, cum hoc ipsum in seipso fecisset, eo quod sit primitiæ* (ita Damasc. 116.) *eorum in quibus utraque facta sunt unum... sane summo angulari existente Christo, toti Corpori unito, eorum qui servantur... omnia enim, & in omnibus est Christus unigenitus, qui ut principium, in eo est homine, quem assumpsit; est etiam Christus ut principium quidem in Adam* (*& alibi*) *dicitur etiam vir veniens post Ioannem, ante ipsum factus, & ante ipsum existens, ut doceamur, etiam hominem filij Dei, Divinitati ipsius commistum ante fuisse quam nasceretur ex Maria.* Idem fuit, & eadem potestate factus qui venit de Adam, post Ioannem, existens ante istum, quod ante Adam; cum utrumque fuit à solo Deo (potest enim homo gignere, non facere filium.) Unde iam *factum ex muliere* misit filium suum; *non enim extitit* (ait Damasc. *in ante condito homine* (sicut filij Adæ in illo) *hoc est in hypostasi sua; carnem anima rationali, atque intelligente præditam Condiderit* (ab initio, ait alibi 471.) (Ergo ipse fecit in se suam Incarnationem, ut prius dixit S. August. 878. *Nos autem in eum credimus per quem facta sunt omnia, non in eum per quem facta sunt cætera.* Et clarius S. Epiphanius, quod, *& formavit Adam tunc, & ipse corpus à Maria Virgine inseipsum eformavit, & perfecte omnem suam Incarnationem, counivit tunc ab ipso formatam, & nunc inseipso counitam*) Damasc. subdit, & finit. *Hanc enim significationem illud habet factum ex muliere.*

Potest autem dici: Textus citatus nihil de Maria inquit, Deo carnem ponente, nec post in Genesi tangitur illa ut Mater, nec Filius: si caro fuit necessaria, litera dicit

Primus, & solus in mundo homo Christus, assumpsit omnes.

Idē. Ambr. 197. August. nunquam natura sine Christo.

Origen. 780. Christus ex primitijs facit duas naturas unā Homo unitus Divinitati in utroque Adam fuit principium.

Damasc. 116. Damasc. 469. & 471. S. August. 878. Epiphan. 167.

Prosequitur Damasc. ibi.

ad

adquid, vt carne impleretur ſciſſura ablatæ, de quo facto tota Scriptura ſilet;nec de ſola carne individuum eſt creatum, cur duo adduntur in illa extra literam? De hoc late ſcrutatur in opere Dubio 4. Sed hic Verbis dictis veris, ipſis met reſpondetur. Caro eſt naturæ ſubſtantia, quia homo initialiter eſt, vel humanitatis initium, in fætu. Ideò homines non numerantur, vel diſtinguntur ſecundum carnem, ſed ſecundum quantitatem advenientem carnis ſubſtantiæ, quæ eſt natura, & ſpecies, ante accidens, & perſonam; ex litera Damaſceni 132. (eo quod increatis nō eſt natura ſingularis.) Et Scotus eodē n. ait: *Quidquid enim eſt natura inquocumque genere totalis, vel partialis, non eſt de ſe hoc.* (Oportet legere illum à n.222. ad 3. numeros, ad faciliorem intelligentiam totius operis) hoc patet in Adam, in quo erat omnis ſpecies, atque omnes homines, & tunc in illo vnus erant, vt ſup. Auguſt. Et ita vna caro, vna materialis ſubſtantia eſt, vna vita, & ſpecies vna, vnus gratus, & poſt vnus peccator, quia in omnibus, & quolibet vna erat natura, ſecundum quam non numerantur, nec diſtinguntur ſubſtantialiter individua phiſicè, ſed penes accidentia; vnde dicit Scotus: *Quidquid eſt natura totalis, vel partialis* (quia ex ipſo ibi, eſt partibilis in partes tales, ſub quantitate, vt ſubſtantia limitata, & per ſe non ſubſiſtens; ideò ex ſe ēſt indiviſibilis, & locabilis diffinitivè, ſicut materia ex ſe: vnde ſimpliciter *non eſt de ſe hoc.* Non enim ex ſe eſt ſubſtractum, vt pars naturæ exiſtere potens á tota diviſum. In hac forma Condidit Deus noſtrā naturam, quæ melior fuit. Vt ait S. Auguſt. lib. de quantitate animæ, c.33. *Iuſtitia ſumma Dei factam eſſe, vt non modo ſint omnia, ſed etiā ſic ſint, vt omnino melius eſſe nō poſsint.* Sic Deus formavit Adam in carne vna individua, imbuta omni natura, & ſpecie animaliter, & inde abſtracta parte individua vna, formavit ex ea fœminam, vt ex vtroque ſexu vir, aut mulier procederet individuè, ſed non ſine tota natura quæ erat in individvis paternis; nec geniti (vt viventes à vivente) ſine illa vita, quam Deus dedit Adæ ſpiraculo vitæ in animam viventem; quia de manu vitæ radicali non potuit egredi ſine vita ipſe, & tota natura ex eo

Damaſc. 132.

Scotus ibi & extenſius. 222.

S. Auguſ.

NOTA. **Authoritatum radizes dantur in opere per numeros.**

eo extensibilis viva, vnde verum est quod opponitur de carne possita procosta, non quod necessària erat vt suppleretur vacuum scisuræ, quia illa fuit actio creativa: ait August. 1. & creatori nulla est necessitas: non posset carnem Adæ tegere sine carne nova? *Extendens Cœlum sicut pellem*: facilius extenderet pellem sicut Cœlum, vt tunc ex osse extenso ablato, ædificavit mulierem) sed carnem vivam possuit manus Dei in qua erat servata, & possessa, quæ dixit Prov. 8. 22. *Dominus possedit me in initio viarum suarum ante quam quid quam faceret à principio.* Quod de Maria sola intelligit S. Basil. Mag. Nam Christus non Dominus dicebat, sed Pater. 450. & ideò individuũ possuit, nõ sine natura (quia ex sola carne sine specie, & vita, nullum est individuum creatum; ita, sicut Eva ex Adam, fuit creatus homo ex Maria, in carne vna. August. *Quod de Christo factum est, & tantum ad figuratam significationem, quod de Eva scriptum est, &c.* Sed licet in hac creatione spirituali prius fuit mulier homine, *non est creatus vir propt. mul. sed mu. propt. virum.* 1. Cor. At informationis similitudine. *Neque vir sine mul. neq. mul. s. viro, in Domino.* (Sic autem ex Deo exierunt ambo vnus ex alio, vnivoce.) *Sicut mulier, de viro, ita, & vir per mulierem: omnia autem ex Deo*, Eva, post Adam ex eo; homo Christi post Mariam, ex ea. Vt ait August. *Vt in ea fieret, iam fundata erat.* Quomodo Maria ante Christum? inquit August. *Ipse erat condens Sion, & nascens in Sion, & illa mulier Civitas Dei, &c.* Condidit Matrem in Civitatem Sion, ex membris quæ in aluo Virginis (ait ipse) sibi Christus composuit, clausit, assumpsitque ex primitijs totius naturæ in incarnatione, vt ait Damasc. & Cant. 2. *Ordinavit in me charitatem.* Et ipse vnus, vnus mansit cum Civitate, vt ibi prosequitur August. *Quomodo nobis cum vnus? In semine vno, quod est Christus. Si & nos semen Abrahæ; ergo & nos Christus.* Sed Christus, & nos simul nati in ea (non ex ea) nisi in vna carne Christi, ex virgine, quam in iure primitiarum Adæ, Regis, & Sacerdotis summi, dedit ei Pater; non eadem vnione hypostasis, sed vt caro sola individua eius;

Aug. 1. *Ps.* 103. 3. *Prov.* 8. 22. *S. Basil. Mag.* 450 *Aug.* 34. *Cor.* 1. 11. 9. 10. 11. 12. *August.* 1036. *Ille vt Deus cõdens præ erat, nascens, vt homo sub erat, & simul in instanti temporis, non naturæ. Ipse* 118 *Cant.* 2. *Aug. ibi. & Galat.* 3. 18.

 nostra

nostra autem specifica, vnita charitate, carni illi indivi-
Damasc. duæ. Sic notatur ex Damasc. apud Magist. 117. *Vt exti-*
117. *terit in carne hypostasis,* caro nostra, & clarius 494. *Aliud*
Idem. *est vnio, aliud incarnatio.* Ibi, vnde inquit, *Si Divinitatis*
Idem. *rationem habeamus, eiusdem cum Patre, & Spiritu S. essen-*
245. *tiæ; si autem humanitatem spectemus, eius cum Matre, &*
cunctis hominibus. Ita ex Damasceni litera, sequitur esse,
Eam quæ in individuo est, eadēque cum ea quæ in specie, sed ait
August. adhuc circa eandem speciem de ipsa Matre Sion;
August. *In qua omnium nostrum habitatio est* (qui Ps. 86. nulli datur
434. ab Ecclesia, nisi Mariæ, quæ in *Sion* firmata est. Eccli 24.
Factus, 15.) *Mater Sion dicet homo, qui homo? Qui homo factus est*
& natus *in ea, in ea ipse factus est homo, & ipse eam fundavit; vt in ea*
in ea, id- *fieret, iam fundata erat. Sic intellige, si potes, Mater Sion*
est in vte- *dicet, homo autem factus est in ea, ipse autem fundavit eam,*
ro, ex ipso *non homo, sed Altissimus.* Omne genus claudit August.
Psalm. & Cum hoc Ps. in homine isto. Et S. Thom. de Villan. ad
Mat. 1. ly *homo, & homo natus, &c.* ait. *Quis homo? Vtique homo*
immò om- *per quem, factus est in ea homo, qui fundavit eam Altissimus.*
nis homo *Mater ergo Sion dicet reus homo, dicet etiam Altissimus homo,*
natus est *quia vtriusque hominis, Dei videlicet, & rei Mater est.* Ergo
Deo in recte August. illam Matrem omnium, & vtriusque Adæ,
vtero. S. in Scriptura inventam vocat; *Totius mundi Mater, &*
Prosp. & *Domina...* Vbi non reliquit locum alteri Maternitati in
August. mundo, vnde ex comprehensione S. Augustini, Creator
562. volens nostram naturam creare, & benignus participa-
S. Thom. re totam, & se totum toti vnire, cæpit opus creans hanc
de Villan. vnicam fœminam, cui soli dedit Virgineam in mundo
242. facultatem, vt Deum humanatum gigneret, vt ipsa ait,
S. Augus. *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita.* Eccli. (Ecce crea-
243. tio, & fundatio, *Altissimi,* vt sup. & Isidor. *Ab illo creari*
Eccli. 24. *ita est ab ipso Concipi.* Et August. *Ego Matrem ... manu fa-*
5. *bricata est mea, &c.*) *Primogenita ante omnem creaturam.*
Isidor. *Creator omnium, & qui creavit me requievit in tabernaculo*
495. *meo...ab initio, & ante sæcula creata sum.* (Prima creatura
Aug. 593 in initio temporis; & ante sæcula est) *in Sion firmata*
sum... (I. fundata, ex Ps. 86.) *in populo honorificato* (I. in
Ecclesia) *& in parte Dei mei hæreditas illius.* (I. fructus

ventris

ventris est tota hæreditas ; & pars Dei, ex Ps. 126. 3.)
Hæc autem *Sapientia, à Domino Deo est*; non Deus, Eccli.
1. 1. Nam *prior omnium creata est sapientia, & intellectus* *Eccli.* 1.
prudentiæ ab ævo? (Hæc est mensura Christi, habens 1.
principium, & non finem. Vt medium inter æternita-
tem, & tempus. Lyra) *Fons sapientiæ Verbum Dei in ex-* *Lyra.*
celsis. (In Cœlis emanavit à Verbo, ante incarnationem. 1840.
August. *Fecit sibi Matrem, cum esset apud Patrem.* Sed *August.*
simul tempore, vt August. sup. genuit Altissimum, qui 1574.
fundavit eam, si autem simul, ideò primogeniti sunt
duo, & in Cœlis, ex ore Patris: Nazianz. *Simul atque* *Nazianz*
nata sum Patris tui, vt arbitror. Ex mente summa me meus 633.
nutrit Pater. Transcripsit Nazianz. sensum sapientiæ
creatæ, *Ego ex ore Altissimi. Ego feci in Cœlis, vt oriretur,*
&c. Eccli. 24. & Christi Verbo, *Panis vivus, qui de Cœlo*
desc. Ioan. 6. 51. Vivus descendit, & mansit in Cœlo. *Ambros.*
ibi. 3. 13. de quo Ambros. circa panem vivum notat in 197.
Cœlo, & in ventre, vt S. Paulus 15. 47. *Homo de Cœlo*
cœlestis. Quod extenditur in opere) prosequitur, cap. 7. 1.
Multiplicationem ingressus illius, quis intellexit? Si creata est
vt Mater, simul cum filio, *sine quo Mater nunquam fuisset.* *August.*
August. Et ad eius ingressum in mente, & electione 434.
Divina, fuit simul ingressus Verbi in vtero eius; data *Cornel. à*
Maria, datur incarnatio; hucusque multi DD. & Magis- *Lap. cum*
tri, intellexerunt, ac scripserunt. Quod fuit prima *multis.*
creatura, iam dictum est cum gravissimis DD. quod 976. *cum*
scrutatur Salazar, & dicent plures, quos per numeros *Salaz. &*
dabo. Isti, & alij in opere consoni, non ex vetustiori- *Suarez,*
bus (qui post dicuntur) intellexerunt suo modo, ingres- 950.
sum Virginis cum filio in mundum; sed Cornelius à La- *Saabedr.*
pide, ibi cum *Suarez, Basquez, & Valencia, & Canisio;* 949. *Zer-*
sensum huius operis fovet, primogenitos creaturarum, *da*, 163.
in electione, & creatione agnoscens, in genere causæ *Et sup.*
materialis, & finalis creationis vniversi; *Cuius ordo natu-* *dicti cum*
ræ institutus est propter ordinem gratiæ. Nec enim Deus nas- *Magistro*
ci voluit Christum, & B. Virg. nisi in vniuerso hoc. Nec vicissim *Guerra,*
voluit vniuersum hoc existere sine Christo, & B. Virgine. Immò *Galatin.*
propter illos illud creavit. Ex quo Christus, & Mater fue- *&c.*

 runt

runt ante omnes ab initio existentes.) Prosequitur Ecclesiast. 1. *Vnus est Altissimus, Creator Omnipotens*, & Rex potens; (si omnipotens, cur potens? Quia omnipotens est vt *Creator omnium*, vt sup. non formaliter Rex gentium, vt Verbum tantum, Rex potens fuit *constitutus*, iam homo *super Sion*, Ps. 2. Cui Deus dedit gentes in hæreditatem, & possessionem. Non Verbum tantum, sed Christus iam. Qui non erat *nisi sedens super Thronum illius*, in quo Throno, & Monte Sancto eius Sion constitutus Rex, dixit Dominus ad illum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* (vt sup. *Creator omnium, & qui, creavit me, requievit in Tab. meo.*) *Ipse creavit illam* (non tunc in Anna, in gratia vero plena) *in Spiritu S. & vidit, & dinumeravit, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem.* Hæc sunt duo bona vnum esse super omnia opera Regis, vt Sponsam vxorem solam in carne vna. *Vnde inter Reginas est perfecta, vna est Matris suæ electa Genitrici suæ.* ibi (Divinitatem pro Genitrice legit. Gerson. 641.) Ideò Regina Angelorum, & Sanctorũ omnium: Ecclesia. Et Concilium 2. Nizen. act. 6. *Vere Deiparam quavis visibili, & invisib. creatura superiorem, &c. Aliud bonũ est esse super omnem carnem.* Idest, super carnem Regis, & gentiũ, quã omnis generis assũpsit Rex, ex ipsa Regina, munere Adami in primitias naturæ, non solum spiritualiter, vt supra ex Ss. Leone, Damasc. & Origene. In Incarnatione, sed etiam in ipsa vnione partialium naturarum, quando carnem Matris posuit in Adam, cuius virtute fuit facta natura totalis. Vt indicat Concilium Efesinum, c. 7. *Sacra Deipara Maria in vnum nos coegit, hæc vnitarum inter se naturarum officina.* Nam in massa carnis suæ vnivit primitias vtriusque Adæ. Vnde Regina in canticis, vbi sup. assimilatur gregi absque vlla sterilitate, & etiam malo punico, idest granato, in occultis significata gregis fæcunditas, & multiplicato populo, intus, & extra Coronata, electa in carne vna, quam Genitrix eius Divinitas creavit, & assumpsit cum Verbo. Ipsaque Divina natura, quæ est Trina Essentia, & vna, & ita omnipotentia, facta est natura Christi Incarnando

Hæc Cornelius, & concordes sibi, ibi. Eccli. 1. 8

Synodus 2. Nizen. apud Salazar, sæculo, 7. sub Anath.

Efesin. 2. to. 1. Concil.

nando vt aſſerit cum Eccleſia S.Dioniſius; qui vocat Ieſum, *Divinæ actionis initium*, ac *Primogenitus in multis fratribus.* Ex Rom. 8. 29. Et de Ieſu natura Divina: *Omnium eſt cauſa, cunctaque replet Ieſu Divinitas: principia omnia, ordines diſſeparans, & ſupra omnia principia ordinemque locata, menſura eſt rerum; & ſupra ſæculum: ſubſtantiam noſtræ carnis accepit, in natura* (non ſolum Verbi, ſed noſtram carnem) *in naturalibus noſtris ſupra naturam eſt, in his quæ ſunt ſubſtantiæ ſuper ſubſtantialis, &c.* Ecce Altiſsimum Omnipotentem,& Rex potens Ieſum, pro cuius duabus naturis, voluntates duæ diffinitæ ſunt Synod.6. Ideò ait Damaſc. *Chriſti vocabulum, perſonæ eſſe dicimus, vt duplicem naturam ſignificet, vnctio humanitatis, eſt Divinitas.* Et ne iſta vox indebita intelligentia abutatur, dicit ipſe cum Ss. Nazianzeno,& Cyrillo, *Verbum illud, quod ex Deo eſt, non aliter Chriſtus eſſe intelligitur, quam cum per adminiſtratoriam vnionem, arcano modo, cum humanitate coniunctum eſt.* Vnde Verbi actio ad intra non eſt, & ad extra, non incarnati, non datur. Ex S. Cayo Papa, & Mart. ex ſæculo 2.his verbis, *Quid ſit quod caro ſine Verbo non agit, & quid ſit, quod Verbum ſine carne non efficit: ſine Verbi enim potentia, nec conciperet Virgo, nec pareret, &c.* Et cur non dubitamus, cum omnis proprietas naturæ humanæ concipiendi, & pariendi completa per Chriſtum fatemur, quid fecit diſtinctum per Divinam? Numquid iſta Omnipotens, & ſuper omne principium, ſubſtantiam, menſuramque in nobis habens (vt ex ſe conſtat, & inquit Dioniſius, cum ſuo Magiſtro Hierotheo) carnem,& totam noſtram naturam accepit, cum Verbo. (Quod in maſſæ ſubſtantia preciſſe in origine potuit eſſe) ſuas ne proprietates noluit exercere? Niſi naturæ creatæ tantum ſuas ſervare, & dirigere per generationes, & tempora? Ita Verbo manente in ſæculis 50. abſque actu vllo naturali proprio ad extra, ex duabus naturis, ſibi æternaliter decretis, vt eſſet Chriſtus, & dum non erat, homo Deus, exiſtentia, & mundo privaretur; & mundus, & Eccleſia illo? Hoc

Dioniſius 155. Verba excerpta vnius cap.

Damaſc. 244.

Idem ibi cum Nazianz & Cyrillo.

S. Cayo, Papa, & M. 435.

non

non caperet naturalis ratio nisi compulsa fide, si dare-
S. Dam. tur. Contrarium docet S. Damasc. Sc. quod *Corpus, &*
471. *anima ab initio in Verbi persona eodem momento extiterunt.*
Ideò sup. signat missum filium *factum ex muliere*: Nam
S. Hieron. prius ex multis PP. hoc scivit, & ex S. Hyerón. qui
167. de Christo nato in tempore, dixit: *Factum est, quod in*
S. Leo. ibi. *Christo semper factũ fuit*; similiter S. Leo. Ait, *Verbi incar-*
S. August. *natio hæc contulit facienda quæ facta.* Non alitet S. Augus.
121. *Gratia homo ille abinitio factus est Christus.* Et alibi ipse:
Idem 445 *Abinitio generis humani alias occultius, alias evidentius sicut*
in marg. *congrueret temporibus, Divinitus vissus est, nec prophetari*
Idem 115. *destitit.* Vissibilis abinitio, vt Abrahæ, Iacobo, & Io-
Vissibilis sue, ac iuxta præcursorem *de sursum venit.* Ait ipse
abinitio da August. *Venisse de altitudine humanæ naturæ ante pecca-*
tur etiam *tum, quia de illa altitudine assumpsit Verbum Dei humanam*
in scriptu- *naturam.* Rursus idem de sapientia genita ait: *Simili-*
ra. *tudo eius dicitur* (Sapient.) *& imago, qui de ipso est. Itaque*
Idem 126 *etiam filius dicitur ex ipso, cætera per ipsum; præcessit enim*
prior homo *forma omnium implens vnum, vt cætera quæ sunt, in quan-*
fuit cũ sa- *tum sunt, vni similia per eam formam fierent.* Item de ipsa
pientia; si- Sap. creari volente, inquit: *Quo pertinet illud*, Prov. 8.
militudo, *Dominus creavit me in princ. vi. su. est enim eius principium*
imago, & *Caput Ecclesiæ, quod est Christus.* Vnde si eius principium
creator, à principio est Caput Ecclesiæ, cum sit Caro, Corpus
cætera per eius Caro illius est, ex Virgine; *qui sumus nos.* Ex S.
ipsum simi Leone sup. & S. August. qui sicut in Adam Capite ani-
lia Christo. mali vnum hominem ponit sup., ita in Adam spirituali
Idem. 11. capite ait, *vnus homo Christus, & Ecclesia.* Sed qui negant
S. Leo. sup Christum abinitio, credendo Ecclesiam simul, tollunt
Aug. 40. ab ea ex tunc caput, decollantes eam; vnde Beda ait:
Beda 154 *Semen David idem est, quod est semen Abraham, semen au-*
tem Abraham illud est de quo dictum est, & semini tuo, qui
est Christus, Christum autem accipe non solum illum, qui se-
cundum carnem est de Maria Virg. sed, & omnes in eum cre-
dentes; totus enim Christus est Caput, & Corpus, quia non
potest aliquis hoc Corpus decollare, nec hoc Caput est sine Cor-
pore. Semen ergo David est Christus, & Corpus eius. Quod
sumus nos, & primitiæ in sua incarnatione, vbi Iesus

fer

fermentum, vt sup. ex PP. simul est sententia communis omniũ PP. quæ supponit traditionem Ecclesiæ; & probatur in opere, vt in margine. Ad quod inquit S. Leo. *Habitavit in nobis. Vtique quos sibi Verbi Divinitas coaptavit, cuius Caro de vtero Virginis sumpta nos sumus... in nobis autem habitavit, qui naturam nostri Corporie suam fecit, ædificante sibi sapientia domum, non de quacumque materia, sed de substantia nostra, cuius assumptio est manifestata, cum dictum est Verbum Caro factum est, & havitabit in nobis... & estis repleti in illo. Colos. 2. Nostra est significata natura, ad quos illa repletio non pertinet nisi Dei Verbum nostri sibi generis, & animam, & corpus vniscet.* Hanc specialem dilectionem debemus naturæ Divinæ, vt incarnatæ, vt simus *Divinæ consortes naturæ.* 2. Petri. *Et filij excelsi omnes.* Ps. 81. Et hoc fuit finis incarnationis personæ, & essentiæ & concorporationis ex S. Nazianzeno, qui ait: *Vt ipse quoque tantum Deus efficiar, quantum ille homo.* Concordat August. qui addit: *Causa autem adventus maior, est ostentio dilectionis, quoniam prior dilexit nos.* Ibi. Non ponit causam fuisse previssum peccatum, vt ait ibi. *Modo non minus dilexisset naturam innocentem, quam peccantem.* Hanc dilectionem causam vnitatis Capitis, & Corporis Christi, non intelligo sine subsistentia Christi, etsi fuerũt qui crediderunt in eum vna Caro cum illo ante quam ipse Caro factus; etsi illos dilexit Verbum magis quam hominem sibi vniendum hypostatice, non concedens illi vitam per sæcula, quam eis millibus prestabat, & Deitatem illi, *qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Quis hoc attingit, quod sine humanitate accepta ex Virgine non connectitur. Si PP. concedentes Christum esse abinitio, non attingunt generationis Verba Isaiæ dicentes: *Generationem eius quis ennarrabit; etiam humanam.* Vt legi in Ss. August. Leone, Petro Damiano, & Maximo, & quam pluribus, quis attinget quomodo, erunt Caro eius ante incarnationem. Vnde S. Damasc. illius existentiam extendit *cunctis hominibus*, vt sup. quod precisse est ab origine mundi; ideò licet *Verbo Domini Cæli* fir-

S. Ambr. 782. *Incorporatio ex traditione PP. probatur in opere à n. 261. & dantur PP. 50. & S. August. 114. qui in Brev. datur.*

Naziánz. 246.

Aug. ibi.

Idem ibi.

Phillip. 2.

Ita PP. 116.

Damasc. sup.

firmati sunt, non Verbo sine carne, *quia omnia per ipsum facta sunt*. Ioa. 1. *Et quidquid Deus fecit abinitio Christus fecit totum*, ait S.Hyeron. Si vero quæris vbi hoc de Christo in creatione dixit Moyses? Et ego quæro vbi non dixit? Hoc est vbi dixit, quod Christo repugnet? Omnium causam vbique scripsit Deum, vel Dominum, & Christo dicimus, *Tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus Iesu Christe*, in gloria; & cur solus cum tota Trinitas *vnus est Dominus*, in Symbolo? Quia sunt Dominus, non notionaliter, sed essentialiter, ab essentia vna; si ergo tu neges Dominum esse Christum abinitio, humanitatem abstrahis, & non sinis Christum; sed quid tollis ab eo dum metaphisice, vel logice, ponis Verbum nudum à carne, vel carnem à Verbo intra tuum intellectum? Vt si dicas, Christus non fuit ante omnes, nec Creator omnium; & ideò non fuit abinitio, cum simul sit Deus homo, & vt Deus solum Creator potuit esse, *ergo si omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*, vt inquit Apostol? Col. 1. Verbum intelligit non dum hominem; & Christum literaliter, sed vt Verbū. In his ab illis discursus, non potest efformari nisi Verbo separato ab homine, & vt efficax appareat separat illud intellectus vt in abstractione vi distinctionis realis extremorum, & disparitate proprietatum, vtatur, & ita Baptista testante *ante me factus est*. Ioan. 1. & Ss. Christus. *Ante quam Abraham fieret, ego sum*. Ioan. 8. *Et principium quiet loquor vobis* ibi. est qui dicat. In his intelligitur Christus, vt Verbum tantum loquens. Et Evangelium adulterat, dicens ibi. *Dixit eis Iesus*. Verbum autem solum non est Iesus. Nec dixit: *Ego sum*. Nefas est; quod homo dicens: *Ego sum* homo non esse dicatur loquens; quasi duo sit, qui vnum est, *vnitate personæ*. *Non duo tamen sed vnus est Christus; nam sicut anima rationalis, & Caro vn. e. ho. ita Deus, & hom. vn. e. Christ.* In homine non potest, dum homo existit, anima sine carne agere, vel loqui, licet Caro, & spiritus distinguantur natura. Et absens credatur solus loqui: quomodo vnus non erat quando erat

S.Hyeron 429

vnde conuenit doctrina Damasceni, Augustino, ex carne Christi & omniū in Adā cū multis PP. & S.Thoma sequente illum. Citatis à. n. 102. nullus autem Pater fuit vnquam in contra allegatus.

Colos. 1.

Ioan. 1. & 8.

Idem ibi.

erat vnum eorum principium? Si abinitio non capis, quem Principium audis. S.Paulus explicat, quid est Principium in Iesu, sic, *Imago Dei invisibilis; Primogenitus omnis creaturæ... omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est Caput Corporis Ecclesiæ, qui est Principium.* Colos. 1. *Colos. 1.* Ast principium supponit essentialiter Creatorem omnium esse, & ante omnes, quomodo potest intelligi esse Christum, & Verbum Dei ex muliere, & Caro factum? Vt inquit Arius: *Quomodo potest fieri, vt Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit omnia? Si, & Verbum Dei ipsum factum est, per quod aliud Verbum factum est? Hic August. Si hoc dicis, quia hoc est Verbum Verbi; per quod factum est illud, ipsum dico ego vnicum filium Dei... Non enim per ipsum fieri potuit per quod facta sunt omnia.* Aliquid huius detinet aliquos videntes in opere ex Patribus Verbum in se fecisse abinitio suam incarnationem. *S. Aug. in Nativit. in Brevi.* Ast cum Verbum Verbo suo factum est homo, & ideò Deus, & homo, creatus, & increatus, vnus est Christus Iesus, ac persona vna, quæ, & Verbũ ipsum carnis hypostasis factũ est, ex Dam. dicẽs ipse homo Iesus, ego sum (idest factus abinitio) veritas est, quia Verbum Verbi est (vt sentit arguens) sed Verbum personaliter non dixit Verbo suo, ego, sine homine, quia factum est homo ipse, nec homo sine Verbo dixit Verbum Verbi, ego, quia factus est ipse Deus. *Damasc. 244. Idẽ 1041.* Ecce veritas dicti, quia Verbum factum in se dixit, quod Verbo fecit, & dixit in homine: duæ voluntates, quæ sunt vnum personaliter simplex Verbum, ego, vnum potuerunt conficere, & dixerunt simul. Dictum patet æquali exemplari, quia consecratio in Eucharistia est species creationis Corporis Christi. Et dicit S. Ambros. *Consecratio igitur quibus Verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu... vbi venitur vt conficiatur venerabile Sacramentum; iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi.* (Vbi exemplar non in ministro ponitur, sed in persona; & Verbis Christi.) *Vides quam operatorius sit sermo Christi...* *S. Ambr. in Brevi. ser. 4. Corpor. Christi.*

 Cœlum

Cœlum non erat, mare non erat, terra non erat, sed audi dicentem, ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt, ergo tibi vt respondeam, non erat Corpus Christi ante consecrationem, sed post. . Iam Corpus est Christi, ipse dixit, & factum est, ipse mandavit, & creatum est. Vides quoniam Christus est principium, & Creator omnium per Doctrinã, non solum DD. Ecclesiæ ex primis (cum multis, quos trado) sed ipsius Ecclesiæ, quæ cum illa docet nos filios solemniter, in multis sæculis ministrata, quod supponit Christum factum Verbo vno Verbi, sicut Cœlum, & terram. His non obstantibus sensus omnium PP. qui indicant Christum abinitio, sunt multi qui dicant non esse accipiendus literaliter vt sonat historice, immò nec de Scriptura, vt esse ante Baptistam, vel ante omnes, sed quid erit temeritas si non hæc? Cur non erit securũ Conciliũ Hispalense 2. in quo primus subscripsit S. Isidorus inquiens: *Paulus quoque*

Concil. Hispal. 2. *Apostolus, in vno eodemque Christo, naturam Divinitatis exprimit ibi. Col. 1. Primogenitus omnis creaturæ. Ipse est ante omnes; humanitatis... est Caput Corporis Ecclesiæ.*

Burgens. in Pri. Glo. S. Ioann. Chris. Tertul. Item Burgensis in principio Glo. circa lyram dicens Epistolas S. Pauli esse literales. S. Ioannes Chrisost. exponens ad literam cap. 1. Colos. & ly. *ante omnes.* Tertul. in ly. *ante omnes.* Eodem sensu, & efficatia. Contradictores non admittunt sensum literalem in hoc dicentes, quod PP. qui literaliter intelligunt est quia volunt, non quia est literalis, *qui non est de cuius libet arbitrio, & interpretatione, sed iudicandus prout Ecclesia Spiritu S. inspirata, & gubernata determinavit*; quod verum est, & prius legi ex August. de

August. Doctrina Christiana; vbi hoc includitur: *Habet enim Scriptura Sacra, sicut, & moralis, & historica scientia* (quæ est literalis communiter) *logicam propriam quam theoricam appellamus.* Ita Gerson. serm. constantiæ, die S. Anton. (theorica I. speculatio Dei) hoc autem, quod audivi ad era dicandum hoc opus, vires mihi tribuit, quia litera sana non est in arbitrio sensurantis, nec in scientia abstrahentis, si vero in sensu Ecclesiæ, hunc

exhibeo

exhibeo; ex Concilio dicto, pro S. Paulo, & cæteris dictis ac Regula S. August. cum Prospero: *Credat ergo Deum fecisse, quod recto intellectu ab eo faciendum fuisse cognoscit etiam si hoc in rebus factis non videt.* Concludamus ergo dicursum inceptum descriptorum principijs, & naturarum Christi; omnes isti dicti, & dicendi PP. qui concedunt Christum abinitio, communiter scribentes, & in Breviario, exaltant mysteria Nativitatis ex Matre temporaliter, & naturæ humanæ Domini, & de natura eius Divina, ac de illius incarnatione simul in humana non miscent disiinctum sermonem, nisi raro, vel de Christi conceptu vt abinitio; sicut tenent. Vnde ex eis non oritur inconveniens ad vtramque Doctrinam sinatum esse abinitio in Matre, & in tempore ex Matre. Nec isti vetusti, oppositi sunt recensioribus, ab eis que non discedunt, sed vt admittitur in Ecclesia ortodoxi sequuntur ortodoxos, in Concilijs versatos; ac difficiliter ab illis discordes iudicantur, quia sunt in Ecclesia seniores, & digniores, ex quibus superior numerus occurrerunt in eadem era, vel sæculo, communicantes se, & consulentes de fide sæculo 4. vel quasi, facialiter, seu per Epistolas. Sc. Ss. Hyeron. Ambros. August. Athanasc. Epiphan. Chrisost. Leo, Chrisolog. Nazianz. Nizen. Hylar. omito alios de vetustiori tempore, vt Dionis. Tertul. Origens. & posteriores, vt Damasc. Rupert. & alios, qui ad intentum iuvant hoc opus in eo. Sed ex communi Doctrina nullus ortodoxus scripsit negans, aut contradicens istam. Nullum Concilium, sive Ecclesiæ decretum, opponitur. Sed in qua Doctrina ex his vestigetur, quid specialiter fecit in incarnatione natura Divina? Cur opportuit ipsam incarnari cum Verbo ad bonum humanæ? Et ego ex Doctrina ortodoxorum colligo fuisse, vt Verbum incarnatum esset Christus (*quod est nomen personæ cum duabus naturis.* Damasc. sup.) Et hic filius Dei naturalis, & omnipotens esset eadem potentia qua Trinitas, per eadem naturam. Extensam (quoad omnia posse) ad assumptam

S. August. cum Prospe. 1434.

Sũt aliqu PP. eorũ qui in opere sunt: qui tenẽt Christum esse abinitio.

Ad quid Divina natura assumpsit carnem.

 humani-

humanitatem; nam qua Verbum, ex se erat omnipo-
Mat. in tens. Ideó dixit: *Data est mihi omn. pot. In Cœ. & in ter.*
fin. Et August. exponit: *Secundum humanitatem dicit.* At
August. omnis potestas hæc arguit in Verbo esse principium
1019. etiam humanum; sicut *potestatem omnis carnis.* Esse
Ioan. 17. abinitio, quia assumpsit eam ex Matre *Omnipotens Rex,*
2. *& effudit illam super omnem carnem.* Eccli. 1. Hæc autem
Eccli. 1. Caro, iure vnionis ad personam, & naturam, simul ex-
Damasc. titit, *orta, assumpta, & Divina*, ex Damasc. ita ait Au-
227. gust. *Ipse homo ex quo esse cæpit, filius Dei vnicus esse cæ-*
August. *pit.* Et ait ibi: *Abinitio factus.* Et sup. *Principium via-*
121. *rum, &c.* Quod principium collocat, & contrahit S.
Athanas. Athanasc. ad Creationem I. die 6. ita. *Vtraque igitur ea*
815. *quæ de Creatione dicta sunt Corporaliter ad Iesum referun-*
(*ibi da-* *tur. Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram ex-*
tur vna *hibuit, conditus est vt esset initium viarum.* Vnde concors
ratio mu- Nissen. ait, *totam hominum naturam, in prima illa creatio-*
tationis *ne, complexa sit.* Acto tam hominum naturam ad vnam
originis imaginem Dei factam exponit perfectam naturam.
in die 7.) *Adamus vero nec dum factus erat*, & quod resurrectio
Nissen. erit dum completa sit numerice imago Dei formata.
216. 229 Item alibi supponit Christum primum factum, & om-
& 232. nes in eo, esse vnum primogenitum, dicens: *Omnes*
autem creaturæ in Christo factæ. Verbum carnem factum, esse
primogenitum. Carnem ergo primam vnam duobus
(qui cum essent primi creati, necesse fuit vna duobus,
ac vnus ex alio esse, in carne vna) creavit, & assumpsit
Verbum sibi, in, & ex Virgine, ac fecit suam incar-
nationem, vt sup. ex Ss. Epipha. August. & Damasc.
actio fuit Verbi, pasio naturæ cum potentia obedien-
tiali, debita Creatori ab omni creatura. Sed actio ipsa
fuit á natura Divina, quoniam actio personæ Divinæ
non est alia essentialiter potentialiter à sua natura, per
suam essentiam ex qua sunt tres vnus Omnipotens. Ex
Symbolo. sup. & proprie dixit Theodorus, ex Biblioth.
Theodor. PP. *Nunquam in vniversum humanitas Christi agens in*
1305. *hypostasi cognita fuisset, nisi natura Divina Verbi Dei in*
vterum virginalem ingressa, ipso modo inexplicabili, hanc
naturam sibi formasset, & fecisset. Vbi supponit, quod
Verbum

Verbum ſine ſua natura non creat; & quod vt creatura Verbo vniretur, per modum naturæ ſpecificæ ſpiritualis, fuiſſet in maſſa carnis, in qua ſimul natura Divina eſſet incarnata, & vnita humanæ, per congruam ideam arcanam, cum ſit in perſona non inferiore, vel nova, ſed ſibi coæterna, & Divina; vnde aſſumpta humana in ſubſiſtentia perſonaliter, & naturaliter Deiſica, iure fuit à ſua origine Divina, ita ait Damaſc. de natura aſſumpta, *Vt ſimul hæc tria extiterint, quod aſſumpta ſit, quod extiterit, quod Divina reddita à Verbo fuerit.* Vbi invenitur ratio ſuprema incarnandi natura Divina nam ex facto infertur opportuiſſe vt nõ eſſet creata vnica in Chriſto, & reddita, & venerata Divina, vt vnita Verbo, ſine propria eius æterna. Sic Damaſc. ſup. de carne in ſpecie, & num. 510. *Quin hoc dicimus, vnionem ex communibus eſſentijs factam eſſe.* Vnde ipſa quæ ſine initio eſt natura communis, & Verbi, facta eſt ab initio natura Chriſti, & ipſe cum duabus factus Chriſtus.

Damaſc. 227.

Sic Damaſc. ſup. de Carne in ſpecie. n. 510.

Contra, ſed ſi duæ naturæ inſeparabili vnione vna hypoſtatica vnitæ ſunt, quomodo Chriſti initium ſeparatur naturaliter in initio, & fine temporum. Si vt exiſtat *Verbum Caro factum eſt*, Verbum Deus, Caro homo; hac identitate noluit naturaliter, ſed eſſe vtrumque per generationes ſeminaliter, vſque quo voluit in Virgine, *eſſe Verbum Caro*: audiat arguens: Nihil naturalius eſt quam natura, & opus eius in homine. Deus voluit fieri Chriſtum duabus naturis, in quibus naturaliter operatur ſecundum virtutem infinite diſtinctam earum; nec eſſet ratio vlla limitandi Verbum, vel diſpenſandi, in illarum propenſis influentijs; nec in Divina poſſet, cum non ſit potentior illa, nec in humana, quæ aſſumpta fuit, ſimul Divina. Ideò prima regula vt Divina; quæ in ſubſtantia manſit humana, ſed vnita ſubſiſtens in perſona, & natura Divina, non erant illi alienæ operationes Divinæ Omnipotentiæ, nec avulſæ fragilitates humanæ. Vt explicuit S. Damaſc. de ipſa vnione: *Ea quæ vnita ſunt talia ſer-*

Damaſc. 1550.

Idẽ 310. *servauit, qualia vnita sunt.* Idem: *Vtraque natura proprietatem naturalem, etiam post vnionem, retinet.* Et S.Leo.
S.Leo. æqualibus Verbis: *Salva proprietate vtriusque substan-*
537. *tiæ.* Vnde quia gratia supponit Christum, per quem
Ioan. 1. *gratia, & veritas facta est.* Ioa. 1. & Christus hanc vnionem, ponit Præcursor illum ante se, vt sciamus gratiam nunquam defuisse inmundo, ideò nec defuit
Idem. Christus, nec Vnio hæc. De quo ipse S. Leo: *Gratia autem Dei quæ semper est vniversitas iustificata Sanctorum,*
Mayron. *aucta est Christo nascente, non cæpta.* Et Mayron. in quæs-
n. 96. *&* tione Annuntiationis (vbi scholastice anteponit ma-
1221. *ita* teriam Corporis Christi præventam ex elementis á
qui fuit principio mundi cum S.Isidor.) sequitur Notabili 9.
ante om- hoc dictum S.Leonis, visis alijs PP. dicens (*& omnes*
nes homo *DD. videntur clamare, & sancti) quæ in Annuntiatione ista*
fuit ante *fuerunt consummata, cum tamen nihil fuerit incohoatum.*
omnia præ Quomodo autem intelligatur *nihil incohoatum* in
parãs ma Annuntiatione dicente Angelo: *Concipies, & paries?*
teriã suæ Hoc non habet responsum, si ex ratione naturali, I. na-
carnis. turæ, creatæ nostræ expectetur, nec ex Christo, si in
Ex elemẽ eo, sola nostra credatur, & non Divina natura, & ra-
tis, quam tio. Qua ratione scitur, quando cumque sit, *Verbum*
posuit in *Caro factum est?* Immò nec Adam, vel Eva? Quod vni-
Adam. cum est ante naturæ regulas, solus Conditor scit Non Philosophi, quos ex Scriptura, Concilijs, & PP. *Evi-*
S. Augus. *tandos, & irridendos esse*, ait August. & ipse ait: *Nobis*
209. *videntur contra naturam insolita, quibus aliter naturæ cur-*
Idem 94. *sus innotuit, non autem Deo, cui hoc est natura, quod fecerit.* Potius quando origo, & lex naturæ erat sua sapientia, & voluntas. Et quid tunc dicetur vbi Deus scit quid sunt duæ naturæ, & vna illarum æterna, Omnipotens, mensura rerum, supra omnia principia, ordinem, substantiam, & carnem nostram, ab ea factam, & in ea assumptam, & vnitam? Vt extense manet dictum sup, ex S.Dionisio, cum suo Magistro, hoc, est inter
S. Leo. Mysteria Incarnationis altissimum, S.Leonem obstu-
280. pens dicentem: *Vtramque enim substantiam in vnam convenisse personam, nisi fides credat sermo non explicat.*

Ergo

Ergo ratio ſine fide non reſpondet eis qui capti diffinitione Eccleſiæ, credunt duas naturas, ſed non ſcrutantur (vt fecerunt orthodoxi) nec in ſcholis audiunt, ad quid vniuntur in Chriſto? Quando hic cæpit eſſe Adam ſpiritualis, exiſtere, & viuificare, quid operatus eſt naturali actione cum ſua natura Divina, quod non capit humana? Nam cum Divina potuit creare humanam, & ad illam hominem, prædeſtinatum primum dilectum præ omnibus ſibi vniendum ex Virgine ab initio: ab eo (cum eſſet apud Patrem, ita ſup. Auguſt.) Creata in Spiritu S. quæ *Dei-Genitrix tum intelligitur, tum dicitur non modo propter Verbi naturam, verum etiam, quia humana Divina effecta eſt*. Ex Damaſc. (ex decreto de Chriſti exiſtencia) & in ea Caro ex qua, ſuam incarnationem fecit, & ex carne eius Divina Dei-Genitricem fecit; & maſſam ſpecificam primitiarum naturæ formavit, & vnivit, nexu Charitatis, carni perſonali ſuæ, quæ eſt Eccleſia, Corpus, & Caro, Capitis, & Adæ ſpiritualis, vniendi cum corpore Adæ terreni, vt compleretur natura totalis ex partialibus, I. animal rationale; ex carne, & ſpiritu: ex dictis patet, quod B. Virgo non iuxta proprietatem naturæ ſuæ aliquid fecit ab initio, nec ita fuit genita, ſed in creatione *Primogenita ante omnem creaturam*, nec concepit tunc vi, naturæ humanæ (quæ in Virgine non agit) niſi obediens læta Divinæ, ex debito naturali creaturæ. Vnde fecit *In Cælis vt oriretur lumen indeficiens*, quod *homo natus eſt in ea*, nativitate vitali qua omnis homo naſcitur Deo in Matre. Vt S. Proſper. (generatio iſta amborum, & detentio adventus, conſideratur in Cælo ex Scriptura, à n. 1450.) Nutriens filium in vtero virtute ipſius qui nutrit maiori tempore homnem 7. Henoch. S. Ambroſ. ait: *Erat ſemper, & operabatur in vtero Mariæ conſtitutus... ſanctificabat Prophetas ſuos.* Nec ipſe filius Chriſtus ibi operabatur, modo abſoluto, aut ſupernaturali, ſed naturali, vt natura condenda ſapientiæ exigebat. Naturali dico in eo, qui natura Divina fruebatur. Vnde congrue dictum fuit Mariæ, *Concipies in vtero,*

Damaſc. 504.

S. Proſpe. 562.

S. Ambr. 198.

vtero, & paries filium. Vt vteretur proprietate naturæ suæ, libertate contradictoria (quam expectavit Angelus) & pareret; quæ sunt post generationes proprietates suæ naturæ (ponere autem in existentia hominem non est privativè proprietas Genitricis, quia prius est Creatoris) & in vtraque natura Christi consumaretur in vtero, incarnatio incepta ab initio. Vt indicavit Angelus dicens de filio concipiendo, ipsum esse iam *David Patris eius*, quod non esset verum, si nullo sensu ante Annuntiationem, ex ipsa Matre, fuisset conceptus, & missus factus *ex muliere. Ideò David filius, quia*
August. 136. *Mariæ filius.* Ait August. quod si Mater sciebat, *Conferens in corde suo* (nisi forte sunt ista in illis quæ *venter puellæ, vaiulat secreta quæ non noverat*) Beda in Catena S. Thomæ. *Secreta Christi quæ noverat nemini divulgare volebat, sed conferebat quæ facienda legerat*
Beda. ibi. *cum his quæ iam facta cognovit non ore promens sed clausa in corde custodiens*, vel non putabat posse finiri in natura sine viro, quod ex Divina cæpit, ob quod
Idē 1220 dixit: *Quomodo fiet, &c.* August. autem, qui vt sup. Christum docet ab initio, modo ait: *Nuntius discessit, & ventris hospitium ingreditur Deus.* Totum declarant, Ss. Damasc. & Leo, asserentes proprietates naturarum salvas esse post vnionem; & adhuc tantum Mysterium manens in origine secretum petit magis quam humanam perspicaciam. Sic notat S. Athanas. qui licet sup.
Athan. 815. Clare intellexit Iesum ante omnes corporeum in
Idē 687. creatione; modo dicit: *Incarnatus est secreto suo Mysterio, quod ipse novit, nostrum est credere, & illius est nosse.*
Iob 28. Ideò Iob hoc secretum tangens in nulla parte mundi invenit ab initio Mariam sub typo sapientiæ creatæ, quam ibi in Cœlo non quæsivit; Ast quia simul est lux
Sap. 7. (Sap. 7.) attigit ipse Propheta quomodo erat abscondita à Deo. (Est singularis Prophetia, quasi historica ad intentum, clara, & vltima in Iob, continuata vsque
Iob. 23. 12. in finem Verborum eius. A prima Virginis existentia Materna, absconsa, ad adventum temporis cum filio, dicens: *In manibus abscondit lucem.* (Manus Patris, Filius,

lius, & Spiritus S. S.Cæsarius) *& præcepit ei vtrursus* S. Cæsar.
adveniat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, 657.
& ad eam possit ascendere. Ergo amicus vivus erat. Vt Iob.9.
inquit : Scio, *quod Redemptor meus vivit.* Et illi quam 12.
Deus abscondebat à principio præcepit vtrursus adveniret, vt possessio amici. Quæ lux nisi Mater ab initio, & tempore, hæc duplex missio scripta est ab Apostolo. Hebr. 1. 4. nam qui fuit *Melior Angelis effectus* (I. factus) *cum iterum introducit Primogenitum in orbem terræ.* (Ecce introductio secunda.) Altiusque probatur, & fundatur hoc, á n. 1217. Heb. 1. 4.

Concepit ergo, & peperit Virgo totum Primogenitum Christum Caput, & Corpus, ex Beda sup. & August. & idem de nobis. *Quomodo autem non ad partum Virginis pertinetis, quando Christi membra estis?* Vnde ipse ait *in die Nativitatis: Ecclesia celebrat hodie Virginis partum, cui dicit Apost. Despondi enim vos vni viro virginem castam.* Et S. Leo: *Natalis Capitis natalis est Corporis*, sed ex S. August. etiam celebrat Ecclesia ipso die Nativitatem Christi ex Patre æternam, quia non est dies temporalis asignabilis, ad hoc vt ait: *Est ergo illud vnicũ Dei Verbum, illa vita, illa lux hominum, æternus quidem dies.* At si est dies in quo celebratur Ecclesia nata, cur non datur in quo festivetur genita, & Concepta? Nan caro est phisica, & visibilis, vel non Christi. Est ne primum esse Nativitas? Quia nihil pertinet ad partum, & non ad conceptum; & sicut non colimus Conceptionem activam, vt pasivam, Virginis, cum sit infinite dignior, ita non veneramur diem singularem asignatum, quo cæpta Caro Christi, & Ecclesiæ, ex Virgine fuit tacito die, operante ab initio Divina natura; sed per humanam creditur consummatum, quod prædixit Paranimphus.

S. Augus. 586. Idẽ 1218 S. Leo. ib S. Augus. 540.

At minus constat quale fuit illud *hodie genui te.* Ps. 2. & colitur ab Ecclesia in die Nativitatis humanæ ex August. hoc autem non opponitur, potius arguit, quod Ecclesia eodem intuitu, die Nativitatis colit vtramque Generationem Christi, vrgente ratione,

Psal. 2. Etiã Act. 13. 33. pro Resurrectione sumitur hodie genui te.

quia

quia habet vtramque naturam, in quibus simul natus est, sicut genitus, quibus in vna gaudet Nativitate, & in humana etiam Ecclesiæ. Nam vbi inquit: *Ego autem Constitutus sum Rex ab eo super Sion* (Christus loquitur, non Verbum ad intra æternaliter, aut sine Carne, nec Verbum, sed in eo homo dixit Dominus humilis homo): *Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te.* (& consequenter ad hanc generationem subdit) *postula à me, & dabo tibi gentes hæred. tu. & possess. tu, &c.* hæreditas, & possessio eius est vt capitis humani, Ecclesia. Et cur dicitur *hodie*? Quia in Deo vnum tantum diem ponit Scriptura (licet fuisset primus mundi) *diem æternitatis.* S. Petrus, de isto *hodie* late loquitur, S. Andreas Cretens. totum Mysterium Incarnationis occultum ab initio, sensu eius, reducens Deus totam Providentiam ad complementum naturæ, & ad illud *hodie.* In quo datur tota desponsata natura cum Christo in Virgine, quam vocat *Sanctum Dei fermentum, quo tota generis humani massa conspersa est.* Et quia factum ab initio non fuit proprietate humana, remissa fuit formalitas Matrimonij ad tempus voluntatis vltroneæ naturalis: S. Thom. *Vt ostenderetur esse quoddam spiritale matrimonium, inter Filium Dei, & humanam naturam; & ideo per Annuntiationem expectabatur consensus Virginis loco totius humanæ naturæ.* Ad hanc tantum formalitatem, dicit, fuisse necessariam Annuntiationem Incarnationis. *Annuntiatio enim ad hoc solum necessaria esse videbatur, vt Virginis consensus haberetur.* Illud autem *hodie* omni tempore adest, & est nunc semper, præteritum, & futurum, excludens (vt vestigatur satis cum PP. & August. in Glos.) Illi *hodie* omnit empore simul adest Christus cum mensuris duarum naturarum; quando etiam non ad fuit illi *hodie* cum humana, comitavit cum Divina. V. g. *Lex posita est donec veniret semen cui promisserat, &c.* Non ergo mortuo Abrahæ venit cui iam venerat semen ante legem, nec per promissionem: *Abrahæ autem per repromissionem donavit*

S. Petr. in fin.
S. Andreas Cretens. datur in libro orthodoxorum PP. & in Bibliot. à n. 202. & seqq.
S. Thom. 3. p. q. 33. art. 1.
August. in Glos. cum alijs. 202.
Galat. 3. 18.

vit Deus. Ergo ante Abraham fecit promisionem cui nisi Mulieri, de qua dixerat Deus: *Et semen tuum, & semen illius.* Gens. 3.15. Nonne credimus fideles omnes hoc semen Mulieris esse Christum? Non ergo aliud dixit Apost. ibi: *Et semini tuo qui est Christus.* Vn- *Gen.* 3.
de August. idem credit, & docet: *Cum enim sit in semi-* 15.
ne, & visibilis corpulentia, & invisibilis ratio, vtrumque cu- *Galat.*
currit ex Abraham, vel etiam ex ipso Adam, vsque ad Cor- *ibi.* 16.
pus Mariæ. Et ex ipso ipsa corpulentia visibilis in se- *August.*
mine est Christi, *qui visibilem carnis substantiam de carne* 104.
Virginis sampsit. Ibi. & ipse sup. *In ipso semine vno sumus* *Siquid ho*
nos Christus. Ecce ex duplici natura, & substantia, du- *rum PP.*
plex origo, & mensura ex Divina, iuxta eius proprie- *dicti non*
tates, & omnipotentiam æternam, Verbum Caro, Chris- *exprimũt,*
tus, Creator, Adam, Caput Ecclesiæ, homo ab initio *verbis suis*
creatus in carne vna cum Matre, & Ecclesia, concep- *illud con-*
tus, nutritus in vtero eius, natus vitaliter, & factus in *firmant.*
eo; iuxta humanæ proprietates, Caro illa tota Matris creata, facta semen, in Adam posita, vt genita esset naturaliter, vltro consummaret conceptum assentiens, & innata pareret actione: & cum natura Divina confertur illud *hodie* in Christi mensura quantum adextra, quia dixit per Isaíam: *Ex tempore ante quam fie-* *Isai.* 49.
ret ibi eram, & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus 16.
eius. Ex tempore, ante ipsum, est prima creatio, quia tempus á creatura, non è contra cæpit. August. cum *August.*
Prosp. Vnde creatura prima, ex Aristotelis conse- 148.
quentia, ab æternitate cæpit, & mensuratur tempore *Aris.* 165
cæpto post, claudens orgine nuuc æternitatis, & temporis; quis nisi Christus *Creatus, & increatus.* Damasc. *Damasc.*
qui invenit Matrem, *in æterno tempore*, Baruch. *Et* 164.
egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Micheas; ac *Baruch.*
de isto nunc dixit sup. in Isai. ibi. *Nunc misit me, &c.* 165.
vniens misionem ab initio, & tempore, qui *ante tem-* *Micheas.*
pora manens esse cæpit ex tempore. S. Leo. & hæc *ibi.*
Misio est filij incarnatio. S. Bonavent. & alij. At misionis *S. Leo.*
vnio ex naturis duabus patet ex litera ipsa Isaì. quan- 204.
do humanitus solum semen erat in Matre, & Divinitus *S. Bonav.*

 Christus *& alij.*

Christus erat *ex tempore ante quam fieret*: ergo illo nunc iunxit incarnatus ambas naturas in vtero Matris. S. Ambros. *Ante quam nasceretur ex Virgine iam dudum erat, & erat semper, & operabatur in vtero Mariæ constitutus.* Natus autem ex Virgine totus Christus (totus Caput, & Corpus est, aliter non Christus. Beda sup. I. non sine humanitate) & Isai. cap. vltimo. *Ante quam parturiret peperit, ante quam veniret partus eius peperit Masculum. Quis audivit vnquam tale? Aut quis vi.hu.sim? Numquid parturiet terra in die vna? Aut parietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos.* Masculus, gens, simul, vt filios, in partu, & die vno, solum in Carne vna, & totius generis potuerunt nasci vitaliter in Sion, super quam Christus constitutus est Rex, & in hæreditatem, & possessionem accepit gentes, in Carne Matris. *Ecce hæreditas Dñi, filij merses, fructus ventris.* Terra est quia *veritas de terra orta est.* Ps. 84. & non solus veritas, nam Deus, & reus *homo, & homo natus est in ea.* Item ille partus fuit primus ab initio, & ex cunctorum Carnis massa, & ex fœmina, *quæ præcessit omnibus Matribus.* S. Ildephons. Quia nec ad nascentem, & parturientem Virginem, nec ad masculum natum in ea, cum cæteris filijs, datur vir, *qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate Carnis, neque ex voluntate Viri, sed ex Deo nati sunt, & Verbum Caro factum est, & habitav. in nob.* Ioan. 4. Ipso revelante Deo totum sicut fecit ab initio ibi: ita. *Numquid ego qui alios parere facio ipse non pariam, dicit Dominus Deus? &c.* Hoc admirans S. August. in Nativitate Domini laudans illud pro conceptu, & partu Virginis desponsatæ, & ante sponsationis tēpus, ait Ita. *O Sacrum, & Cœleste Mystetium in Nativitate Domini. Concepit Virgo ante quam sponsum haberet, parit ante quam nubat, & quod ad laudem pertinet Nominis Domini, & Mater, & Virgo cæpit esse post partum.* Cunctos Incarnationis terminos refert in partu, & Nativitate filium, & ex Matre; ante, & post sponsum in tempore, & ab initio, & vt sup. pag. 14. vt non dicas, non erat ante tempus Matris Christus, nec homo Deus; quia esset *Deus*

In Vocabul. Theolog. ibi. S. Ambros. 198. Beda sup. & Damascen. cum Nazianz. & Ciril. sup. Isai. 66. S. Bonavent. his verbis sumit hunc textū pro Virgine Decemb. 14. in Brev. Ps. 84. S. Ildephons. 231. Ioan. 4. August. 609.

recens contra Ps. 80. 10. Vt allegat S. Hieron. cum magna efficacia, & extensa in rationibus, & Scripturis super hoc; & ipse ait, *Constat tempus non præiudicasse Sacramento vniti hominis, & Dei, ita vt iam esset in illo ab initio æculi, qui nondum erat natus de Maria Virg.* Et Concil. Sirmiense in principio: *Fides Sirmien. Conc.* (post symbolum) *eos autem qui dicunt ex non existentibus filium aut ex altera essentia, & non ex Dei, & quia erat tempus aut sæculum quando non erat, alienos novit Sancta Ecclesia. Rursur igitur dicimus.* Can. 24. *Caput enim est, & principium omnium filius; Caput autem Christi Deus.* Et Canon. 25. *Si quis Christum Deum, filium Dei ante sæcula ministrantem Patri ad omnem Creationem, non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dici filium, & Christum esse vocatum, & initium accepit, vt Deus esset Anatem. sit.*

Sed hoc primum esse Christi, quo est Verbum Caro ab initio, ita crebro dictum, & suppositum, quando testatur in Scriptura? Dico fuisse hoc enigmatice solum tactum à Moyse, in signato libro suo, & obscuro in Genesim, vt ait Lyra vsque ad tempus plenum adventus, vt videtur dictum ab Angelo Danieli: *Signa sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum* (Sc. 9. 24. *Septuaginta hebdomades ... vsque ad Christum venturum*) librum istum vidit S. Ioan. Apoc. 5. 2. clausum sigillis 7. *scriptum intus, & foris* (foris est vetus, intus novum testamentum. Lyra) aperuit Agnus *tanquam occisus librum solvens signacula*; & datæ sunt 7. tubæ 7. Angelis, iuxta 7. sigilla, quibus solutis dicitur effusere iram Dei in mundum. Et cap. 10. 5. Cessante rigore iustitiæ, dixit Angelus sub iuramento: *Tempus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi Angeli consummabitur mysterium Dei, sicut Evangelizavit per servos suos Prophetas; & audivi vocem de Cœlo iterum loquentem mihi, & dicentem, vade, & accipe librum apertum de manu Angeli, &c.* Consequitur ergo cap. 10. finis testamenti antiqui aperto libro, ac dato Evangelistæ, *& apertum est Templum Dei in Cœlo. Et visa est arca testamenti eius, in Templo eius.* (Quæ erat typus á Moyse, Mariæ) vt finit cap. 11.

S. Hieron. Doct. Max. In exponendis sacris scripturis 339. & 307.

Concil. Sirmiense congregatum tempor. Iulij Pap. & S. Athanas. & Iusu Constantij Imperat. in Sirmio, cũ regulis fidei orthodoxis contra Arrium, in Carrança. f. 76. & in histor. Tripartit. sup. n. 179.

Lyra in initio Glo.

Daniel. 12. 4. Verbum simpliciter non inquit venturum, sed Christum.

Lyra ibi.

& immediatè incipiens cap. 12. *Aperuit in Cœlo Mulier amicta Sole*, quæ peperit *filium masculum*, fuitque Mulier illa signum Mariæ, & Ecclesiæ. Vt ait S. August. fuit autem dictum ab Angelo: *Mysterium Dei consummatum* quando finito tempore aperto libro, & Cœlo atque omnia facta nova in Sponsa ornata viro, *Si qua ergo in Christo nova creatura vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.* Vt ait Apost. Nam ipsa Sponsa gavissa est honore vxoris, & Angelus post dixit Ioanni: *Veni, & ostendam tibi Sponsam vxorem Agni, &c.* Cap. 21. 9. Evangelista autem flebat multum 5. 4. dum non erat qui aperiret librum, sed accepto ab Agno, conversus est fletus in lætitiam omnium in Cœlo, adorantium Agnum, laudantium, & canentes homines, seniores 24. & Angeli millia millium, dicentes: *Quia redemisti nos, &c.* Nam aperire sigillatum librum non fuit ad iram Dei effundere super Cœlum, & terram per phialas Angelorum, sed ad gaudijs implens mundum per passionem Agni; & significatio malorum advenientium in Orbem, si non aperuisset librum Agnus *tanquam occisus.* Non inquit mortuus, quia *mortuus est Christus non discedente vita, sicut passus non pereunte potentia.* Ait S. August.

S. August. in vigil. Pētec. Brevia.

2. Cor. 5. 17.

Apoc. 21. 9.

Cum senioribus 24. qui sunt in Cœlo sancti, aperitur hic liber ipse.

S. August. 183.

At ex quo tunc in Cœlo tanta lætitia? Quia apertum est in libro novum testamentum intus scriptum. Evengelium apparuit, & in eo impletæ Prophetiæ, & pate facta mysteria Dei, & proprietates Christi, Sc. quod Deus est *Trinus*: *Filius vna persona Trium, ipsa Christus, in duabus naturis, Deus, & homo; Creator, Adam spiritualis; Caput Ecclesiæ vt homo, & ante omnes vt principium.* Hæ septem maximæ proprietates Dei in Christo, *& septem Sacramenta* latebant foris in lege; nam Messias (cuius fides erat necessaria) solum continebat illum revelatum venturum *Redemptorem, mediatorem*: nescientibus Hebræis an Deus, Angelus, aut homo esset, vt vestigatum est cum S. August. & nullum Sacramentum exprimit Scriptura ante Abraham; ait ipse, & posteá circuncisio, solis viris, non præcissa, quæ defuit

Septem Mysteria Divina, & humana in Christo, & septem Sacramenta cum Evangelio occulebat foris liber signatus.

S. August. 557.

Idem 579.

fuit in deserto annis 40. & post fuit secunda Iosue. 5. sola fides necessaria reputata ad iustitiam. Gen. 15. 6. Si ergo hæc scripta essent à Moyse in libro foris, non esset apertionis necessitas; qui naturam reliquit dimidiam historicè, cum nulla origine, vel causa spititus humanici, & Angelici: sed si hoc scripsisset, Christum descripsisset. Nam, *sibi creavit animam Dei filius, vt cæteris creat.* August. quod si ita notus maneret, quomodo Agn. tolleret peccatum mundi? *Si Principes huius mundi, cognovissent numquam Dominum gloriæ Crucifixissent.* 1. Cor. 2. 8. Vnde voluit manere ab origine *Deus absconditus.* Isaì. 45. 15. & quod vbi illum capit nisi vterus Matris? Vbi *sanctificabat Prophetas.* Ambros. Ideò, ex necessitate nostra, opportuit pati Agnum prius vt apperiret librum; & apertus fuit traditus Evangelistæ, vt diceret in suo Evangelio, *In principio erat Verbum... & Verbum Caro factum est; & habitavit in nobis.* Et Angelus tradens, fuit Paranimphus missus ad *vxorem Agni*, vt esset, *mysterium Dei consummatum*, sicut finiens scripturam dixit (vt sciamus, quod est *Iesus Divinæ actionis initium*, Dionis. sup. 13.) *Ego sum Principium & finis... Ego Iesus misi Angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesijs. Ego sum Radix, & genus David.* Apoc. 22. 16. ex quo promisit Angelus filio Virginis nasciturо *Sedem David Patris eius.* Luc. 1. Sed, *ideò David, quia Mariæ filius.* Vt August. sup. quia nullius hominis fuit filius naturalis Iesus. Potius *genus, & radix.* In eo patet substantiam nostram, & David esse radicaliter Iesus vt ipsi dixit ille misericordiam petens. *Memorare quæ mea substantia. Num quid enim vane constituisti omnes filios hominum?* Ps. 88. 57. quod Beda, dicto sensu declarat, n. 1299. & Ecclesia de ipsa substantia, orat. secreta in nativitate n. 265. Ergo Christus agnoscitur quis est quoniam aperuit in hoc libro Moysi mysterium, quod S. Bonavent. tenet esse *secretum, & non investigandum, quod Deus voluit occultare*: Vnde in Isaì. sup. dixit. *Secretum meum mihi.* Inde sibi servabit dicendum nobis clare; quod signatum, & obscurum de illo non attingebamus à Moyse

Aug. 1312. in marg.

1. Cor. 2. 8. Etiam Demones non cognoscere oportuit, quos Principes Mundi intelligit. Scotus.

Isai. 45. 15. Ambr. sup. p. 23.



Aug. sup.

Ps. 88.

S. *Bonav. lib. 4. dist. 11. Isai. sup.*

ſe dictum. Dicens Mat.19.4. *Non legiſtis quia qui fecit hominem ab initio.* (hæc eſt creatio die 6.) *Maſculum, & fœminam fecit eos? & dixit* (ipſe factor) *propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna Caro.* Hæc litera non eſt continua, ſed ex 1. cap. & 2. Identificat hominem factum die 6. vt ſit ipſe qui dimittet Patrem, & Matrem, & eſt cum fœmina duo in carne vna, nam cum ex illis non datur coniugalis proceſsio diſtinctæ carnis, neceſſario fuit generatio vnius ex alio, filius ex Virgine, & in carne vna duo, quia hypoſtaticè ille genitus exiſtit, & mater non gigneret niſi perſonata, & ita erunt duo. Cum autem in his duobus fuit fundata à Deo ſpecies fœcunda, quibus dixit *creſcite, & multiplicamini.* Supponuntur in homine ſimul genita ex Virgine in ipſius carne vna, cætera individua, non perſonaliter, vel in perſona ſingulari concepta, ſed in maſſæ ſubſtantia, ſine quantitate, vel perſona vlla propria, perſonali, carni individuæ vnita. Scrutetur quomodo in Adam animali ingenito fuimus corporaliter, ſimiliter in iſto Adam præcedente, facto ex Muliere, ſumus facti, & geniti ſimul. Vt ait Moyſes detegens dictum primo cap. in 5. *Hic eſt liber generationis Adam in die qua creavit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum, & fœminam creavit eos. Et benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam in die quo creati ſunt.* Litera iſta ſenſum aperit cap. 1. quia ſolum de Adam ſpirituali Divino poteſt intelligi, & quod eſſet generatio eius, in die vna qua creavit Deus illum (quod in auditum dixit factum per Iſaì. ſup.) *Generationis Adam*, inquit, qui non erat illa die, nec illum creavit Deus maſculum, & fœminam, nec alius erat extra illos quos vocavit Deus *Adam in die quo creati ſunt.* Acſi *liber Generationis Adam.* Dicitur; talis liber procedit vere de Adam terreno tunc futuro, cuius eſt generatio genealogica carnalis. De generatione ſpirituali carnali, qualis fuit ſimul *in die qua creavit Deus, &c.* non potuit fieri liber. Nec Chriſtus vt Adam fundavit, aut habuit genealogiam, immò patrem,

Mat. 19. 4.

Textus iſte poſcit latitudinem in ſenſu, & videbitur extenſe ſtudioſus num. 1042. & 1897. 1402. Geneſ.

Gen. 5. 1.

patrem, & matrem illum non habere dicebatur, quia illa concepit, & peperit eum Summum Sacerdotem, ait Aug. *Secundum ordinem Melchisedech*. Ps. 109. Qui erat *sine Patre, & sine Matre... assimilatus filio Dei* Hebr. 7. Sequitur dictum, quod non habebat quia dimisit Patrem, & Matrem, & adhæsit vxori suæ. I. *Agni*. Et fuerunt *duo in carne vna, & iam non sunt duo, sed vna Caro*: Quid est hoc, quod vna Caro duorum iam est vna vnius, & illi non duo? Dicam ex contextu, de coniugibus Iudæis, & concesso à Moyse libello repudij, quod Christus negavit, quia sunt vna Caro, & *quod Deus coniunxit, &c.* Sed hoc non fundavit in vnione voluntaria post peccatum Adæ, & Evæ (quam non tetigit) sed in masculi vnitate carnis, & fœminæ, qui, per Adā dixit: *Erunt duo in carne vna.* Hæc autem vnitas carnis phisica à Conditore facta, est de qua dixit Christus: *Quod Deus coniunxit, &c.* in qua vnitate fundavit signum rei sacræ, quod est Sacramentum. De qua, Ius Canonicum ait: *Hanc vnitatem duorum in carne vna, non aliter fieri, quam fœdere nuptiali*: Data ergo radice sup. qua illa fœmina fuit vxor, materque masculi, ac duæ personæ, & vna Caro Adæ ipsius, & filiorum, ac fratrum eiusdem primogeniti in massa, Charitate vnita cum cæteris primitijs totius naturæ, debitis Summo Sacerdoti, & Regi constituto á Patre cum hæreditate Gentium; ipsa Caro vt communis est Christi, & facit Corpus Ecclesiæ Capitis Christi, & vxorem eius, vnde viri diligēre debent vxores, *Sicut Christus Ecclesiam, quia membra sumus Corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius.* (Concorporatio hæc non bene capitur, nisi in generatione Christi, & ab initio) erat autem ipse tunc in vtero matris (vt sup. ex PP.) sed Mater non amisit vt gignens, vel nutriens munus vxoris, anterius materno, nam creata fuit masculi fœmina, vnde ipsa est primum partiale membrum, *Vos autem estis Corpus Christi, & membra de membro.* 1. Cor. Ex quo non dubitabis cur, qui erant *duo in carne vna, iam non sunt duo, sed vna Caro*? Quia homo factus á Deo ab initio, dimisit Matrem, quæ erat vna ex duabus personis illius Carnis, immò, & Patrem, quoniam adhæsit vxori suæ. I. Ecclesiæ. Cuius Corporis humani, Caput, non Pater, vel Mater, sed Christus est; & tantum *vnus homo Christus, & Ecclesia*. August. sup. Ergo Summus Sacerdos in sua Ecclesia, sine Patre, sine Matre, non duo dicit, vt erat, *sed vna Caro, vt erat*, nec vna persona quia Christus vt Verbum non est Caput Ecclesiæ, sed Verbum vt Caro, vnus *Mediator Dei, & hominum, homo*

August. n. 181.
Ps. 109.
Duo Capita Iuris. 1920.
Ephes. 5. 82.
Est enim eius principium Caput Ecclesiæ.
Aug. supr. p. 14.
1. Cor. 227
Aug. supr. p. 14.

Christus Iesus. August. & S. Paulus. *Relinquet homo Patrem, & Matrem suam, & erunt duo in Carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Non ait Christus, & Ecclesia. Qui nunquam fuerunt duo, sed Matre dimissa supposita, vna Caro in qua erant duo, mansit *in Christo, & in Ecclesia*; ipsaque Sponsa mansit cum Ecclesia vxor sicut erat sed melior, quia Christus non potuit dimittere illam dum erat Caro eius in vtero, & illa persona distincta Maternaliter influens, nisi quando natura separavit illum nascentem ex ea, tunc naturaliter dimisit Maternitatis munus, & vxoris servauit in seipso cum Ecclesia, & sic in illa forma qua Christus erat Caro eius, illa mansit Caro Christi meliorata.

August. Clarius. homil. in communi 1 Marti tempore Pasch. Ephes. 5. 33.

Et quis confirmavit sensum istud, quod Christus est dictus ab initio factus homo? Ipsemet qui persequentem Saulum assumpsit in Cœlum, & ei revelavit Arcana in ipso absconsa à creaturis, qui solus prædicavit, & scripsit illa Gentibus, á nullo homine, vel Apostolo informatus de ijs quæ illi sciebant, & quæ ille, & mundus ignorabat. Sub Anathemate sibi, hominibus, & Angelis, aliud dicentibus, imposito. Ergo Christus immediate per illum solum declaravit, quod noluit per Moysem, descientem, & quod ipse per Adam dixit, & etiam Hebræis, ex Mat. 19. de masculo, & fœmina duo in carne vna ab initio; addens natus ex Matre dimissa, *Iam non sunt duo, sed vna Caro.* Ipse enim S. Paulus pro fundamentis naturæ dat solus, & semel cum Adam animali, *Adam spiritalem viuificantem*, Cælestem. Quid est viuificans? Creans Spiritus, in carne genita ab animali. S. August. sup. Item solus, & semel ait: *Cohæredes, Concorporales.* Hæc est forma Ecclesia; in carne vna. Et est traditio eius, citatis. 50. PP. Item *Primogenitus omnis creaturæ: & omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & ipse est Caput Corporis Ecclesiæ. Qui est Principium.* Ecce Christus per Paulum dixit, quod per Mat. & per Adam. I. masculus ab initio factus, &c. & quis DD. sequitur Apostolum in ipso? Est sententia S. Athanas. sup. & aliorum qui dicunt ab initio, vel à creatione, quod est idem, qui dantur sup. & hi, qui non manent citati, vt S. Ioannes Chrisost. exponens Apostolum in cap. 1. Colosenses; *Vbique enim primus, & supremus est; quamquam alibi Adam primum esse dicit... sed Ecclesiam pro vniverso hominum genere accepit, nam Ecclesiæ primus est: iuxta Carnem primus est; atque ideò, hic primogenitum ponit; quid est hic primogenitus? Qui primus creatus*

1. Cor. 15. 44. Aug. supr. p. 31. & supr. p. 15. Ephes. 3. 5. sup. p. 15. Colos. 1. S. Athanas. sup. p. 20. S. Chrisost. to. 4. homi. 3. ad Colos. 1. additus in mortine sup. 28. PP. huius sentent. num. 1930.

est. Et Tertulianus supr. verba Christi Mat. 19. & initium naturæ dicens: *Dedit vtique in Carne vna, servata, Coronata, ex gratia, & iustitia, Deum masculum, mulierem, & Ecclesiam, Carnem, & Spiritum, Matrem, & Sponsam, naturam, & Sacramentum.* Et infra reddit contra Marcionem; ac probans Carnis Concorporationē, & primatum ante omnes, dicit cap. 19. n. suo 297. *Si non est Christus primogenitus conditionis... Si non cuncta per illum, & in illo sunt Condita. Non vtique tam nude posuisset Apostolus, & ipse est ante omnes.* Extenditur plus, & contra Philosophos, & hæreses. Etiam concordant DD. Scholastici præcipue cum Cornelio à Lap. & Magist. p. 11. & Concil. p. 18. cum Burgense, & Glossa, & quis ille homo est de quo Moyses cap. 1. 12? Nego suppositū hominis. Si non dicitur Christus, vt sæpe probatum est in opere, quia de illo non fit memoria amplius in tota Scriptura, nec ibi nominatur, nec dicitur vbi, & quomodo factus sed Adā. Sapiētia. *Hæc illū qui primus formatus est Deo à Pater Orbis terrarum cum solus esset Creatus, &c.* Idē sensus est Eccli. 17. 1. & 33. 10. *Omnes homines de solo, & ex terra vnde Creatus est Adā.* Et 1. Cor. 15. 45 & Colos. 1. 17. vt sup. Si autē ille homo fuit cū fæmina ad gignēdū, nō gēuit. Si exclusus á tota Scriptura prius ipse Moyses negat illum, nam cap. 1. ait: *Creavit Deus hominem, & cap. 2. non pluerat Dn̄us. Deus super terram; & homo non erat qui operaretur terram... formavit igitur Dn̄us. Deus hominem de limo terræ.* Vnde creatus homo repente homo non erat, cur ergo dicunt aliqui in Glo. quod erat Adam per recapitulationem qui ante Adā non erat? Sed S. August. ibi: Implicationem esse asserit, & ratio non capit, quod Deus fundasset naturam in duobus hominibus, æqualis virtutis, nam vnus esset superfluus: At verum est fecisse duos die 6. & 7. vt ait Apostolus: *Animalis, & spiritualis.* Ergo spiritualis non factus die 7. vt scimus, fuit die 6.

Tertul. lib. 4. adversus Marcionem in Epistolis Pauli. n. suo 297. & loquens de Concorporatione Ecclesiæ, quæ media Matre est Caro Christi. *sup.* 1559.

Sap. 10. 1. Eccli. 17. 1. 33. 10. 1. Cor. 15. 45. Col. 1. 17. sup. Genes. 1. & 2. 1. Cor. 15. 44.

Confirmatur litera evidentius pro Christo, quia Deus dedit die 6. cap. 1. masculo, & fæminæ omnia in toto mundo sine reserva, expresse ligni, vel alicuius rei in terra, & Cœlo, nam *qui fecit Cœlum, & terram, Cælum Cæli Dn̄o. ter. a. de. fil. hominum.* Ps. Ista potestate se creavit, & Adam, vt Ss. Epiphan. Origen. Tertul. & Ecclesia: *Imaginem vultus tui tradens Adamo novilem limo iugasti spiritum.* Ipse autem formator Adæ imposuit præceptum ex litera, & mansit Iudex illius, & omnium: *Nam vnus est Legislator, & Iudex, qui potest perdere, & liberare. Iacob.* Sed non potuit vt Legislator condere legem illi Adæ qui erat ipse personaliter, & quia Pater *potestatem dedit ei Iudicium facere, quia filius hominis est. Ioan.* Neque suæ fæminæ potuit ligare præcepto, quia tunc erat in vtero, & Caro eius vitaliter non separata, nec præcepto erat liganda fæmina sola sine capite. Ita fuit Caro eius posita in Adā desciens præ-

Ps. 113. 16 Hoc quod de solo homine Christi dixit David. Ps. 8. & ad Hebr. 2. 3. Eccles. Dominic. in Albis. Iacob. 4. 2. Ioan. 5. 27.

 centum.

Eccli. 17. 1. & Gen. cap. 1. & 5. ceptum, & Eccli. cap. 17. faciens recapitulationem originis masculi, & fæminæ, suppositâ iam vnione eorum in Adam, & laudata tota vita amborum, non supponit præceptum circa illos. Ita dantur die 6. masculus, & fæmina libertate naturali creati. Vnde nec illa fuit debitrix mortis, nec filius debitor pro illa, quæ non debebat mori: vnde non invenitur, quod morte cruenta illā præservasset à culpis contingentibus naturalibus possibilibus non prævisis futuris, sed morte incruenta meritis, & virtutibus naturalibus Christi; quibus á conceptione meruit non minus quam in Cruce. Mors autem cruenta fuit inserta æquivalenter in incruenta Eucharistiæ, in qua recepit Corpus Christi, ac servavit vivum in corde, vt sepulchrum gloriosum, per triduum. Totum hoc datur in opere satis probatum.

Non iudico dictum satis esse, vt omnes docti credant, scientes non esse hoc expressum in symbolis, & communi noticia, & vita Christi: dico esse verum, quod de Christi adventu credimus secundum humanitatē. Sed humanitas non est sola natura Christi: dicūt communiter, quod Verbū in ea fecit, nō quod etiā incarnata Divinitas. Et vtrumque æque naturale est sicut vtraque est natura in eo. Quid suspendet, in hoc, eum qui legat, S. Dionis. sup. p. 13? & qui æstimet verba sapientiæ? Vtrumque intellexerunt PP. Orthodoxi, & ita crediderunt, & docuerunt, quod Christus voluit distincta voluntate, & distincta natura ex fide, & non totū investigaberunt, quod crediderunt, nec valuerunt; nam *mysterium Fidei credi salubriter potest, investigari salubriter non potest.* Ex S. Aug. apud Magist. neque Ecclesia spernit sententias PP. dictorū, nec posset silere si nō admicisset. Si non celebratur (vt manet dictum p. 25.) conceptum activum Virginis, nec passivum Christi cū solemnitate expressa, non erit notorium nunc temporis inchoati mysterij. At solemniter celebrat illud Verbum Caro factū in ipsa nativitate Christi sic incipiens, *tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Et in Epiphan. incipit. *Ante luciferum genitus, & ante sæcula Dñus. Salvator noster hodie mundo apparuit.* Ad hoc *ante luciferum genui te.* Inquit S. Ambros. lib. 4. de fid. ad Gratian. Quia procedit in litera ex vtero ante luciferum: *Geminam igitur Propheta iu Christo substantiam declaravit, Divinitatis, & Carnis, alteram ex Patre, alteram ex Virgine. Ita tamen vt non exors suæ esset Divinitatis, cum ex Virgine nasceretur.* Et Tertul. lib. 5. adversus Marcion cap. 9. inquit *Nos edimus Evangelia nocturna nativitatē declarantia Dum, vt hoc sit ante luciferum... Cur autem adiecit ex vtero tam vane quasi aliquis hominum ex vtero natus dubitaretur; nisi quia curiosius voluit intelligi in Christum, ex vtero generavite, I. ex solo vtero, sine viri semine.*

S. Leo in fin p 22.

S. August. in Magist. lib. 4. dist. 11.

Lege ita vt clarius intelligas generationem Iesu. Emissa virga, virtutis filij, in die virtutis eius, Pater, principium cum eo, genuit illum ex vtero, ante creaturas.

S. Ambros. lib. 4. de fid. ad Gatriā.

Tertul. lib. 5. advers. Marcion.

ADditio ad pag. 26. vbi probatur: ex litera, & S. Augustino, quod Deus promisserat semen mulieri. Gen. 3. 15. quod repromisit, Abrahæ. Galat. 3. 18. Ergo mulier cui promisit tunc erat, non genita ex semine, *sed primogenita à Deo*. Eccli. 24. 5. per Creationem, cui promisit semen, vt naturaliter esset genita, ex eo, & Adam animali, quæ sine semine iam genuerat spiritualem; quando Deus *benedixit illis* die 6. Gen. 1. 28. Vnde scimus quando fuit *benedicta in mulieribus*. *Vel inter mulieres, & fructus ventris*. Luc. 1. quia non legimus aliam benedictam à Deo facialiter, neque hominem alium, qui simul sit fructus ventris in eo, inde lucent illi duo creati die 6. illa sola benedicta in mundo; vt aiunt S. Leo. Leo Imper. & Hugo Card. ac ille in vtero manens, ex S. Ambros. sup. descendentes ita per generationes eadem benedictione vt Ps. 83. 8. *Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virt. in virt. videb. Deus De. in Sion. Christus Christianorum*, ait August. Sed si ipse S. Dr. dat ibi in semine *visibilis corpulentia*, *& invisibilis ratio*, *& vtrumque cucurrit vsque ad Corpus Mariæ*. Hoc ad generationes distinguit, extensius in opere. Matris invisibilis ratio, virtute seminis generanda: Filij, visibilis corpulentia, sola non ratione seminis factus. Ad quid ergo cucurrit hæc corpulentia pro filio, qui natura assumpta genitus corporaliter ab initio supponebatur? Hoc est certum suppositum dictorum PP. & ipsius August. diversis eius verbis citati. Defficeret ne illi fundamentum? Sic ego attingerem. In S. Paulo illud invenire potuit, *in semine vno qui est Christus*. Galat. 3. 16. Cur promittitur Abrahæ in semine Christus, qui nunquam fuit semen? Et in hoc quare venit Christus *de virtute in virtutem*, multorum PP. in natura filius, & à nullo naturaliter genitus (de hac materia frustatim cum PP. sup. vestigata, hoc attingo) quia duo creati in vno instanti temporis, non naturæ erant vna Caro, quam assumpsit in vtero Virginis Verbum, & natura Divina, & factus est Christus, cum duabus naturis, quarum proprietates, licet inseparabiles, infinite distinctæ, & salvæ inter se etiam post vnionem, ita sunt operatæ, & Verbum in eis: Divina incarnata, fecit simul Divinam, substantiam assumptam personatam hypostaticè, & per gratiam apropiavit illam cæteris personis quarum est essentia. Natura creata fuit apropiata ad statuendum vnum

Adam

Eccli. 24. 5.

Creatus, & factus fuit iste Adam in vtero.

Gen. 1, 28.

Luc. 1.

Ps. 83 8.

August.

Galat. 3.

Adam Cœlestem, & speciem humanam substantialem partialem, pòssita breviter illa Caro tota, vt Virginis, in creato Adam terreno, complens speciem totalem cum illius animali a[illegible] forma seminis in dicta carne iuxta innatam processionis regulam. Hæc est illa corpulentia visibilis Caro Christi in semine; quæ non in huius substantia enourrit cur[illegible] Virginem; Sed in ipso Christo ab ipsa, ex ipsa, in ipsa genita, vnde Christus veniens dicitur semen, quod non ipse, sed Matris est futura Caro secundum quod natura quærit, humana, non quod Divina creans, & assumens fecit ab initio; Ast quia naturæ, & proprietates oppositæ, sunt inseparabiles, personaque vna, & hæc non venit separata à persona, & carne Matris, in quantum venit in semine; & ideo secundum naturæ humanæ mensuram, tardavit supra 50. sæcula; secundum Divinam fuit Nunc, vel hodie; includitur in dictis ratio qua dicatur vnum semen Christus. Cui hoc non sit ratio, sit S. Augustini in fine Manifesti, aut à media pagina 22.

AVCTHORITATES MANIFESTI LEGALITER sunt in opere Catenæ lateralis. Numerice, & literaliter, præter infra scriptæ emendatæ; aliquæ tamen non integræ, & citationes originalium, solum sunt extensæ (brevitatis causa) in dicta Catena, quæ est sub ordine P. N. Rmi. Min. Generalis.

Pag. 10. n. 495. est, 595. Pag. 13. n. 155. est, 158. Pag. 15. n. 116. est, 207. Pag. 19. n. 1434. est, 1848. Pag. 22. n. 280. est, 1586. Pag. 24. idem, n. 1220. est, August. Pag. 31. n. 312. est, Col. 667. Pag. 33. Ephes. 5. 32, est, 1. Cor. 12. 27.

EMENDATIONES DEFECTVVM, ET NVMErorum literalium in Manifesto.

Pag. 29. lin. 5. æculi, dic, sæculi. Pag. 30. lin. 1. aperuit, dic, aparuit. Et lin. 18. implens, dic, implere. Pag. 33. lin. 17. de qua, dic, de illa. Pag. 34. in margine, Chrisost, est Chrisost. in marg. Pag. 35. lin. 15. Adi, dic, de Adam. Et in lin. 16. Deo a, dic, a Deo. Pag. 36. lin. 27. ad mic, dic, ad mis.

FINIS TOTIVS OPERIS.

